

108 TH. BARTHOLINI  
duos in Musæo suo habuit laudatus  
*Wormius*, marem & fœminam.

Piscis Unicornis cum squammis in  
insula Antille Americæ, describitur &  
depingitur cap. 18. *Histoire Naturelle  
de l'Isle Antille*. Monstris annuero pi-  
scem ingentem & veteranum Nestedii  
Selandorum pridem captum, cui cor-  
nu mediâ fronte firmissimè adhærebat,  
longitudine digiti, intus cavum, de  
quo ex relatione *Iusti Bertram*, egimus  
Centur. II. Epist. 11.

C A P. XV.

*Unicornu Septentrionalis descriptio: & de  
eo Variorum error. Frons pro ore. Den-  
tem esse non cornu. Wormii de eo Disserta-  
tio. Calcinatio dentis. Cranium. Septen-  
trionis majestas.*

Celebrior ejus Unicornis marini  
fama est, quod ordine tertio de-  
scripsit prolixius *Parens noster*, cujus  
memoria nunc in benedictione: qui-  
bus addam quæ apertius sequens curio-  
forum observatio nos docuit. Animal  
Mari-